

COPIA  
RESCRIPTI  
REGII,

De data Varſaviae die 11, April,  
Anno 1680.


Oder

Copey

Des


Königl. Rescripts,

Datiret in Warschau den 11, April,  
Anno 1680.



Dantzic/

Gedruckt durch David-Friedrich Rheten.



# JOANNES III. Dei Gratia Rex

Poloniæ, Magnus Dux Lithvaniæ, Rusiæ,  
Prusiæ, Masoviæ, Samogitiæ, Livoniæ, Volhyniæ,  
Kijoviæ, Podolia, Podlachiæ, Smolensciæ, Severiæ,  
Czernichoviæque.



*E. 1024 155*

Obilibus, Spectabilibus, Burgrabio, Pro Consulibus, Consulibus totiq; Magistratui, nec non Ter-  
tio Ordini Regiæ Urbis Nostræ  
Gedanensis fideliter Nobis Di-  
lectis, gratiam Nostram Regiam  
Nobiles Spectabiles fideliter No-  
bis Dilecti. Quàm benignè ab  
omnibus Fidelitatum Vestrarum Ordinibus oblatam  
Nobis gratitudinem, pro Continuatis per trimestre,  
circa pacificandam & ordinandam Urbem Nostram  
Gedanensem, impensis sumptibus, ante biennium ac-  
ceptavimus; tam moderatè Nos hucusque in ea exi-  
genda gesimus; non alio respectu, nisi ut quàm fa-  
cillima, & sine ullo gravamine Populi futura Fide-  
litates Vestræ adinvenirent media: quibus specificata  
possit exsolvi summa. Cumve tres Ordines inito ad-  
invicem Consilio, impositionem super Oenopolis &  
Cerevisiariis faciendam decreverint: è contra ex Con-  
tuberniis sensu privato centesimum denarium ab hæ-  
redi.

JOANNES der Dritte von Gottes Gnaden König in Pohlen / Groß Fürst in Littauen / Neussen / Preussen / Masau / Samoyten / Lieffland / Polhynien / Kyow / Podolien / Podlachien Smolensko / Severien und Czernichow.



Enen Edlen / Ehrenvesten / Burggraffen / Burgermeister / Rathmannen und ganzem Magiltrat wie auch der Dritten Ordnung Unserer Stadt Danzig / Unseren lieben Getreuen Königl. Gnade. Edle / Ehrenveste liebe Getreue. Die von allen Eu. Getr. Ordnungen Uns angetragene Danckbarkeit / für die auff Befriedigung und Anordnung der Stadt verwandte drey vierteljährige continuiliche Kosten / haben wir vor zwey Jahren gnädig auffgenommen. Bishero haben Wir Uns in Abforderung derselben also moderat erwiesen / auß keinem andern Respect als daß E. Getr. die leichteste und zu keinem Beschwer des Volcks gereichende Mittel ersinden möchten / wodurch die nahmtündige Summe gezahlet werden könnte

könte. Und weil die drey Ordnungen nach gehaltenen Rathschlägen geschlossen / eine Auflage über die Weinschencken und Bräuer ergehen zu lassen; Hingegen von den Gewercken / ihrer privat-Meinung nach / verlangt wird / daß der hunderste Pfennig von den Erb-eigenthümlichen Gütern möcht gefordert werden / also daß dieser Handel an Uns und Unsere Declaration gediehen; Derhalben in reiffer Erwegung / daß der hunderste Pfennig von der Substanz und dem Erbeigenthum Unserer Bürger / als das ander Blut / auff der Stadt eussersten Noth zu versparen sey / und auff solche Begebenheiten / da die Frembden / und die auff eine Zeitlang ihren Handel in der Stadt treiben / sich pflegen davon zumachen / und die Eingeseffene der Stadt allein in der Gefahr stecken zulassen; imgleichen auch in Erwegung dessen / daß die Gesessene in der Stadt und ihr eigenthümliches Vermögen mit stets wehrenden Beschwerden belegt werden; Hingegenst so viel frembde und die auff eine zeitlang Handeln / grossen nutzen von der Stadt haben; So halten Wir dieses Mittel so wol der Stadt Angelegenheit / als Unserer Königlichen Würden unanständiglich zu seyn / und nehmen demnach an / die von den dreyen Ordnungen über die Weinschencker und Bräuer ersundene

reditibus exigi debere desideratum; intantum ut  
Negotium ad Nos & Declarationem Nostram devol-  
veretur: Ideò Nos benè expenso eo, quod Centesi-  
mus denarius ex substantia & hæreditate Civium No-  
strorum, ceu alter sanguis, servandus sit supremis Ur-  
bis ejusdem necessitatibus, & illis occasionibus, quibus  
homines adventicii, & Mercatores contemporanei so-  
lent deserere, solosque Incolas extremis periculis fe-  
rendis relinquere; item attento & eo, quia Incolæ Ur-  
bis, eorumque hæreditates continuis premuntur onc-  
ribus; è Contra tot temporanei advenæ & Mercato-  
res magnis fruuntur Urbis ejusdem utilitatibus;  
quapropter nullatenus censemus hocce medium  
conditioni Urbis, tum & Regiæ Nostræ convenire Di-  
gnitati. Igitur trium Ordinum adinventum super Oeno-  
polis & Cerevisiariis media, & his similia, amplectimur  
& approbamus: Non solum ex eo quod hisce mediis  
tot Gentes & Nationes felicissime utantur; sed etiam  
quia onus tantò levius evadet, quantò plures ad illud  
ferendum Concurrent: & quod aliàs solis incumberet  
Incolis, feretur ab advenis & hospitibus; ab omnibus  
Urbem Nostram aduentibus, imò & à Nobis ipsis; eò  
quod in Aula Nostra, & per totum Regnum transma-  
rinorum potuum habeatur usus. Quòd si verò memo-  
rata media intra unius anni spatium debilitatem suam,  
& insufficientiam probaverint; tum demum experi-  
entia rerum Magistra dabit occasionem in alia & effi-  
catoria

catoria inquirendi media. Ad præsens vero declara-  
mus, conclusioni trium Ordinum standum esse; nec  
ulteriori disceptatione, Orbi jam nota, Urbis debita  
erga Nos destinanda gratitudo. Quod præsentis re-  
scripto Nostro & mandamus & declaramus, ad execu-  
tionemque deduci volumus, idque sub pœnis, à Divo  
Sigismundo Primo in Contraventores conclusioni tri-  
um Ordinum statutis. Dabantur Varavia die II. Men-  
sis Aprilis Anno Domini M. DC. LXXX. Regni  
verò Nostri VI. Anno.

**JOANNES REX.**

Loc. Sigil.  
Major. Canc.  
Regni.

Christophorus Taranowski,  
Varf. Canc. Reg. Maj. Secr.

dene / und der gleichen Mittel / thum auch dieselbe  
approbiren / nicht allein darumb / daß so viel Völ-  
cker und Nationen solcher Mittel sich glücklich ge-  
brauchen / sondern weit auch das Beschwer so viel  
leichter ankumpt / je mehr ihrer seyn / die dasselbe  
tragen helfen / und was sonst den Einsassen allein  
würde auffgelegt werden / das solches auch von Frem-  
den und Gästen wird müssen mit getragen werden /  
von allen / die sich in Unsere Stadt begeben / ja auch  
von Uns selbst / da man sich an Unserm Hoffe und  
durch das ganze Reich des überseischen Getränckes  
gebrauchet. Da aber oberwehnte Mittel innerhalb ei-  
nes Jahres Frist nicht verschlagsahm und zureichend  
soltten befunden werden / alsden wird die Erfahrung  
so aller Dinge Meisterin / Gelegenheit an die Hand  
geben / anderen und verschlagsamern Mitteln nach-  
zukommen. Für gegenwertige Zeit aber declariren  
Wir / daß es bey der dreyen Ordnungen Schluß  
verbleiben sol / und daß die albereit der Welt be-  
kandte Uns von der Stadt schuldige Danckbarkeit /  
durch weitere Streitigkeiten länger nicht ausgestellt  
bleibe ; So befehlen und declariren Wir / solches  
vermittelst gegenwertigem Unserm Königlichen Re-  
script, und wollen es zur Execution gebracht haben /  
bey der von Sigism. I. Christmüldester Gedächtnis  
über

über die/ so sich der Ordnungen Schluß widersetzen/  
verordnete Straffe. Gegeben in Warschau den 11.  
April. Ao. 1680. Unsers Reichs im 6. Jahr.

JOANNES REX.



Christophorus Taranowski,  
Varf.Canc. Reg.Maj.Secr.